

T A B L A.

ritatibus. Pro quo nota duo. Primum in fo-  
to interiori, quando irregularitas est occul-  
ta, neq; est probabile, q; in publicum deve-  
niet, possunt dispensare, vt in Bigamo, qui  
suam invenit vxorem [quam virginem esse  
credebat] corruptam. Item in eo, qui homi-  
cidium in secreto perpetravit. Vel qui secre-  
to aliquod membra sibi amputauit. Secū-  
do nota, q; irregularitates sunt in duplice  
differentia. Quædam sunt, in quibus Sedes  
Apostolica ratiissime dispensat, neque in eis  
dispensat, nisi existente necessitate virgente,  
& utilitate euidenti. scilicet, quando hoc fit pro-  
pter bonum vniuersalis Ecclesiæ. Sic enim  
debent exponi iste due clausulæ, scilicet, vir-  
gens necessitas, & euidentis utilitas, ut patet  
i. c. Non debet, de consang. & affinit. Vbi  
dicitur quod statuit Ecclesia, q; fideles con-  
trahere possint in quinto gradu consanguini.  
& affinitat. Hec enim est utile Ecclesiæ  
vniuersali. Sic in simili, Papa Lucius dis-  
pensauit cum Panormitanῳ Bigamo, qui  
postmodum fuit Archiepiscopus, & Cardi-  
nal is, propter bonum totius Ecclesiæ, quod  
quidem bonum per Cardinales Romę tra-  
tum fuit, & cum eo propter eminentem eius  
qui